



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Prophetia Apocalyptica S. Joannis Apostoli

Kircher, Heinrich

Coloniæ Agrippinæ, 1676

§. III. De Phiala septima.

urn:nbn:de:hbz:466:1-39100

FUGIT, ET MONTES NON
SUNT INVENTI: quia mare, in
quo insulae; & terra, in qua montes;
aliaque elementa calore solvantur 2. Pet.
3. v. 10.

ET GRANDIO MAGNA *scilicet*
Talentum descendit de Caelo IN HO-
MINES. Grando illa est obstinatio
suprema reprobarum animarum: pla-
ga est quae DESCENDIT DE
COELO per iustam subtractionem
ulterioris temporis poenitendi homini-
bus obstinatis quotquot noluerunt
tempori converti ad DEUM. & est
SICUT TALENTUM plumbi
(Zach. 5. v. 7.) pondus irremissibilis
iniquitatis. Unde sequitur: ET

Blasphemia propter gratiam.

BLASPHEMAVERUNT DEUM.
HOMINES PROPTER PLA-
GAM GRANDINIS: id est: erunt
tunc aeternae damnandorum blasphemiae, propter hanc septimam & magnam vehementer plagam grandinis, indurationem & impoenitentiam in spatio mortali quod praeteriit.

Haecenus hujus secundae Partis Apocalypseos Visio tertia: vi cuius S. Joannes pervidit consequenter totum id quod est de plagis: adeoque potterit se Visio in hac etiam materia, perinde ut priores & aliae proximè sequentes in suis materiis, usque in finem qui est Judicium.

TRACTATUS XXV.

IN PRIMAM PARTEM CAPITIS XVII.

Ostensis 7. plagis, finitaeque hac Visione, unus Angelorum qui habuerant 7. phialas, ostendit Statum & novissima Mulieris, meretricis omnium Regum, sedentis super aquas multas. Species ejus describitur Capite 17. damnatio vero ejus, seu Vae, Capite 18. quae est Visio quarta in hac Parte Apocalypseos: & de nova materia, itidem pervidentur usque ad finem.

VERBA APOCALYPSEOS.

(Cap. 17. Vers. 1. & seqq.) *Et venit unus de septem Angelis, qui habebant septem phialas, & locutus est mecum, dicens: Veni, ostendam tibi, damnationem meretricis magna, quae sedet super aquas multas; (v. 2.) cum qua fornicati sunt Reges terrae, & inebriati sunt, qui inhabitant terram de vino prostitutionis ejus. (v. 3.) Et abstulit me in*

Pars II.

1

Spiritu